



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Stephanvs Ep. 7. Sept.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

obfuit provocasse ELEVTHERIVM. Neque enim hic prius cum suis pugnare precibus desiit, quam penitus statione non sua Orcum pepulisset. Nunc similes pugnas cur non spectamus? an ne quos demon timeat, ELEVTHE-RII, an quos agitet, pueri desunt? Ex *Grasio.*

S. STEPHANVS EP. 7. Sept.

A Spera & inculta terrarum habitare **A**D. Brunonē ajunt. Viridaria rectius dicerent, quæ tam nobiles nobis flosculos submittunt. Atque hem tibi ex his STEPHANVM Lugduni Galliarū nobili familiā fatum! Hic vita reliquæ in ipsis cunis bullaq; præludens, quem diem patienti Christo dicamus, materni lactis abstinentiā sanctum habuit. Amorem suum Christum sub paue latentem quoties contemplatus fuit, putasses æstu absumendum, nisi lacrimis, quibus dissiuebat, hunc temperasset; dixisses Crucifixo immortuum, nisi vitam suspiria prodidissent; deniq; existimasses calo precabundum interesse, nisi hoc descendere ad STEPHANVM vidisses, Angelo misso. Iam tempestates fugatas, desperabundos calo, agros sanitati, mortuos vita redditos taceo. Vnum idque utile inventæ, quod Pontifex jam Diensis edidit, facinus narro. Dixerat graviter in omnia vitia, il-

lud

lud præferim, quo festos Divorū dies
aleis, choreis & id genus ludicris vul-
gus amat profanare. Cū aures nec-
quicquam diu pulsasset, dæmoni deni-
que malo, qui ad eas nugas impellere
animas adfolet, pro concione impera-
vit, positā larvā palam sese ostenderet.
Enimverō paruit tam horribilis, ut jam
magistri sui puderet in ludo discipulos,
facileque cum illo etiam hunc damna-
rent. Sed, ô Superi, invenit hodie ite-
rūm discipulos pessimus Doctor. Juvat
chartas minimè doctā pietas manu cre-
pare. juvat aleam (vel salutis) jacere;
juvat terram plaudere, & ne sero perea-
mus, ad orcum non jam imus; curri-
mus, saltamus. *Ex Surio.*

NATIV. B. M. V. 8. Septembris.

Potuit deniq; post longissimæ noctis
tenebras solem hoc die tellus spe-
rare, quando tot votis jam olim exoptatam nasci *Auroram* vidit, *MARIAM*
inquam, quæ *Ioachimo* atque *Annâ*
prognata lucem primò vidit dicam? an
videndam orbi propinavit hodie. Certè
festum agere hunc diem multis jam
retrò seculis Christianus orbis insti-
tuit, idque cælo auctore. Nam ferunt
Anachoretē hâc ipsâ luce quotannis
audire cælestes illos *Amphiones* soli-
asse, qui latissimis modulis omnem
tate aërem exhilararent; sed & *Paulum*
quen-